



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XX. Hydrops & aliis ex oppilatione morbis S. Ignatij reliquiis repe[n]e  
sanatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

se postea reuisendo. At ecce occurrit exculti Sacerdos è Societate chirographum ferens tantopere antea requisitum ; redeunt patri spes , reddit ipse S. Ignatij fiduciam filio facturus , hortatur ab eo vitam petat , allatum ad hoc à Patribus eius chirographum ; quod vbi Patres detexerunt , admoueruntque iacentis osculo , reuiscere puncto temporis visus est , febris continuo abscessit , & cum ea quicquid exitium minabatur , ipseque haud diu post lecto sanus , & valens exiliit , verum sae doctus infortunio in rebus diuini obsequij melius sapere.

Maria Bonniera , Philippo & Anna parentibus Antuerpiæ nata , sub annum ætatis vigesimum , obstrukione viscerum grauiter laborauit , quæ cum nullis remedii cederet degenerauit in scirrhos nulla iam arte curabiles , biennio toto inualescens morbus lecto affixit immobilem , ex quo tanta defectio virium , vt ne ori quidem manum valerer admouere. Accedebat crebra destitutio animæ , ad horas decem ac viginti , subinde etiam quadraginta ; tumores præterea tibiarum , & ventris , hydrops indices ; contracti genuum , & plantarum nerui ; palatum interius ulcerosum , epigastri dolores peracuti , corpus omne sparsò liuore maculosum , ex quibus medicorum prænotio , vita illi spem residuam , in paucos dies contrahebat. Erat illi iam annos decem à confessione Sacerdos noster , vnicum afflictæ tam longi supplicij leuamen. Hic motus quandoque diuinitus insinuare illi fiduciam , & intercessionem S. Ignatij , eamque vt efficacius postularet , aliquid illi ex eius reliquiis tradere , sed hac lege , vt sibi post dies aliquot rediderentur. Cœterum qui confessario erga S. Ignatium hanc mentem , candem ægrotæ indidit , sed comparatione animi tam fitma , vt statuerit nec ante precando absistere , nec prius reliquias reddere , quam voti se compotem videret. Erat Iulij dies 24. annus 1635. pater domum nostram recesserat ; illa magno labore inuitis brachiis , id tamen adepta est , vt reliquias collo iniiceret. Tum sublati in eccliam oculis , Domine Deus ( sunt hæc ipsamet eius verba ) quatror iam annos voluntati tuæ morem gero , te per Sancti Ignatij merita supplex rogo , mihi quoque , vt semel motem geras , sana ægrotantem , & spondeo quod vita reliquum dederis , me tuo cultui perfectè daturam , tu S. Ignati cuius sola effigies dæmonem toties abegit , per has tui sanctas reliquias , obsecro , hunc etiam à me , vt morbum depellas. Post quæ horas quinque placidum in somnum obdormit , cum per octiduum molesta insomnia laborasset. Experrecta vero est , bellè & integrè valens , tam multiplici miraculo , quam multis ante cruciabatur malis. Surgit itaque absque mora , Deo , & Sancto gratias actura , vestes reposcit ab sorore pridem repositas , induitur per se , ac scalis numerosis per se nullo adminiculante ad parentes descendit , terruïque illos aspectu inopino , suspicantes non illam , sed eius animam simulacro vestitam se cernere , quæ piacularia sibi subsidia rogatum venisset. Postquam autem ex ea rei gestæ ordinem didicerat , incredibili sua voluptate comitati sunt illam ad exsoluendas cum illa S. Ignatio grati animi laudes.

## XX.

*Hydrops &  
alii ex oppi-  
latione mor-  
bis S. Ignatij  
reliquiis re-  
pete sanatur.*